

# ORATIO.



VM TROPHÆVM,  
quod est omnium Christianorum recte credentium, doc-  
centium & dissentientium do-  
ctrinam cælestem, constitue-  
rimus, hoc est, enarrationem  
& Exegesin Symbolorum Ca-  
tholicorum & verè Oecumenicorum, Apostolici,  
Niceni, & Athanasiani, absoluimus, nunc ad  
Confessionis Augustanae explicationē in nomine &  
invocatione Filij Dei Domini nostri Iesu Christi,  
accedimus, & symbolis illam proximè adiungen-  
dam & copulandam esse iudicamus, cum & ipsa  
hodie sit nobis symboli Christiani laco, & continet  
πωτύπωσιν τηγιανόντων λόγων, fidei scilicet,  
doctrinae salutaris, & articulorum & capitum  
omnium & singulorum totius militie Christianæ.

Etsi autem ἄνευ τροποίμιών ad hanc Exegesin  
sacrosanctam, & omni acceptatione dignam con-  
ferre nos volebamus, ne prolixitate τηρολεγομέ-  
νων, forte detineremus auditores, qui rerum ma-  
gis, quam praefationum, & digressionum copiosa-  
rum, quibus saepe inutiliter tempus consumitur,  
& studiorum progressus impeditur, rationem ha-  
bere debent: tamen, considerantes, quām sit non